PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 64r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore





Post hec sermonem assumens Adimantus Quid
responsurus es inquit o Socrates si quis forta
sse dicat haud quamquam hos viros te facere feli
ces ac eos maxime quorum quidem vere est ciuitas
cum ex hac nichil boni omnino consequantur quemadmo
dum et ceteri agros possidentes domos que oportunas et illu
stres statuentes ac hijs congruentes adepti suppellectilem
dijs quoque hostias priuas offerentes hospitantes que ma
gnifice et ut nuper aiebas aurum possidentes et argentum
et quecumque hijs ad esse oporteat qui beati iudicantur Verum
ut auxiliatores quosdam mercenarios in ciuitate illos
sedere asserat nil aliud quam custodie cure vigilantes Adi so
Sic inquam Ad So Et ut episithij quidem solent nullam cum
alimentis ut alij mercedem capientes ut si peregere pri
uatim libuerit accedere neque ipsis liceat aut alijs pre
bere quicquam aut consumere si quid fortasse aueant
quemadmodum et hij consueuere qui beati appellantur
Hec et alia quam plura accusatione digna derelinquis
Que cum ita fuit inquit videntur reprehendenda So
Quid igitur ad hec respondere opus sit requiris inquam
Adi Prorsus So per eandem inquam gradientes viam per
facile que a nobis sunt dicenda cognoscemus Nichil mi
rum profecto dicemus si hoc modo hij per beati sunt futuri
non enim ad hoc inspicientes urbem potissime condidimus
ut unum in ea genus preceteris esset felicissimum sed ut
ciuitas tota potius putauimus quippe in huiusmodi urbe
iusticiam precipue inuenire cum in ea que secus habitata
sit iniquitate sicque quod diu querimus posse iudicare
Nunc autem ut arbitror beatam fingimus non modicos
huiusmodi in ea suscipientes verum omnem ciuitatem sub
inde vero illi aduersam contemplabimur Sicuti etenim
nobis ymagines quasdam depingentibus superueniens

Beati diuites

Episithij qui pro pane solum laborant

Tota ciuitas non autem pars felicitandi est

Eligant nota similitudinem